



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 4. Paupertas libertatis socia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

rum vertuntur, esuriunt & sitim patiuntur. Neque enim aut pro vino, aut pro culina, audent nummos expendere. Itaque & alij sapientes, vt diuitijs demerent supercilium, paupertatem permulcere maluerunt. *Pute- mus nos ad concionem vocatos, ait Seneca. Lex de abolendis diuitijs fertur, his interroga- tionibus suasuri, aut dissuasuri sumus? his effe- Eturi, vt populus Romanus paupertatem, fun- damentum, & caussam imperij sui requirat ac laudet? diuitias autem suas timeat? vt cogitet has se apud victos reperisse? Hinc ambitum, & largitiones, & tumultus in urbem sanctissimam temperantissimamq; irrupisse? nimis luxuriosè ostentari gentium spolia? quòd vnus populus eri- puerit omnibus, faciliùs vni ab omnibus eripi posse? Hec satius est suadere, & expugnare affe- ctus, non circumscribere.*

Senec. epl  
87.

## §. IV.

*Paupertas libertatis socia.*

Eâdem viâ homines duxit idem philoso- phus ad veram libertatem, cùm scriberet: *Quidquid facere te potest bonum, tecum est. Quid tibi opus est, vt sis bonus? velle. Quid an- tem melius potes velle, quàm eripere te huic ser- uituti, qua omnes premit, quam mancipia quoq; conditionis extrema, & in his sordibus nata,*

Idem epi  
80.

D 4

omni

Xenoph.  
l. 8. Cyri  
ped.

omni modo exuere conantur? peculium suum, quod comparauerunt ventre fraudato, pro capite numerant: tu non concupisces quanticumque ad libertatem peruenire, qui te putas in illa natum? Itaque multi, pecunias proiecerunt, ut emerent libertatem, immò ut pro ea felicitatem recuperarent. Pheraulas, inquit, Xenophon, ex paupere dives à Cyro factus, desiderio tandem pristina tranquillitatis & quietis affectus, & curarum ac molestiarum, quas sibi diuitias importasse querebatur, multitudine offensus, omnium bonorum suorum possessionem in Sacam transfert, hoc sibi tantum excipiens, ut ab eo tamquam hospes, atque etiam parcius minusq; eleganter, ac sumtuosè, quam hospes alatur. Huic pares multos paulò post referemus, qui Codri, quàm Cræsi esse maluerunt, &, quemadmodum Euripides dixit, se malle ter sub clypeo consistere, quàm parere semel, ter maluerunt mendicare, quàm semel imperare, quia, ut Claudianus ait:

*Vivitur exiguo melius: natura beatis  
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.*

S. V.

*Copia inops, & inopia copiosa.*

Hanc ob causam Anacreon, accepto à Polycrate tyranno auri talento, reddidit dicens: